



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 4. Vetus quædam consuertudo satisfaciendi ijs, quibus malè precati
erant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

CAPVT III.

EXCEPTA Macedonum gente, ait libro tertio beneficii Seneca, non est in villa data aduersus gratum actio. Sed vbi quidquam tale de Macedonia lectum est? Immo verò apud solos mortalium Persi ingrati actionem dari, ex Xenophonte didicimus cuius verba describam, non vt vulgo leguntur, sed legenda sunt: *δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος ἐστὶν ἀπομισησέν μὲν ἀλλήλους μάλιτα, δικάζουσι δὲ ἑκάστου ἀπομισησέν*. Numquid igitur Senecam memoria lapsum esse dicimus? At eam ipsemet profiteretur sibi vsque eò firmam fuisse, vt non tantum ad vsum sufficeret, sed in modicum vsque procederet. Equidem vidi veterem Senecæ librum, in quo non *Macedonum* legebatur, sed *Madonum*. neque dubium habeo, quomodo legendum *Medorum*. Medos autem pro Persis antiqui sæpe dicebant: vt iam pridem docui in illum Catulli locum

Cum Medi irrupere nouum mare.

Itaque Aristophanes gallinaceum; quem iocans olim Persis imperasse, ea de causa *μῆδων ὄρνυ* vocat *ἐπεὶ καὶ τὸς Πέρσας μῆδ' ἔλεγον*: ait qui scholia in istas fabulas scripsit.

Vetus quadam consuetudo satisfaciendi in quibus malè precati erant.

CAPVT IIII.

IN consuetudine apud veteres positum fuit, vt si alicui malè precatu erat, is si eum placare ei que satisfacere vellet, optaret, eo præsentem, vt in caput suum reciderent ea quæ in ipsum dixisset. Duobus hoc Seneca locis cognosci potest: quorum vnus est libro

tertio De beneficiis, ubi ita scriptum est: Rufus vir or-
 dinis senatorij inter cenam optauerat, ne Caesar saluus re-
 dierit ex ea peregrinatione, quam parabat: & adigerat
 idem omnes & tauros & vitulos optare. Fuerunt, qui illa
 diligenter audirent. Ut primum diluxit, seruus, qui cenan-
 ti ad pedes steterat, narrat, qua inter cenam ebrius dixisset.
 Vortatur, ut Casarem occupet, atque ipse se deferat. Vfus
 consilio descendenti Casari occurrit. Et cum malam men-
 tem habuisse se pridie iurasset, id ut in se & filios suos recide-
 rent, optauit, & Casarem ut ignosceret sibi, rediretq; in
 gratiam secum, rogauit. Alter est libro quarto: quem
 de ipsum subiticiam: loquitur autem de homine im-
 purissimo Mamerco Scauro. Pollioni Asinio iacenti,
 obsecro verbo vsum dixerat se facturum id, quod pa-
 ti malebat: & cum Pollionis attractorem vidisset
 frontem: *Quidquid, inquit, mali dixi, mihi & capiti*
meo. Sed & tenuissimus poeta Tibullus, cum ianua
 cuiusdam multa mala dixisset, eamque postremo placare
 vellet, ita canit:

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,

Ignoscas. capiti sint precor illa meo.

Urbanissime autem apud Aristophanem Dicæopolis
 cum Megarenses *χαίρω*, id est, gaudere aut saluere
 inuiser: idque ille respondisset tibi *ἐν ἑπιχόρῳ ἔη*,
 precatur, ut id in caput suum recidat.

Πολυεργιστοῦνός νῦν, ἐς κεφάλῳ πέποιτ' ἐμοί.

Vbi Scholiastes eam, quam dixi, consuetudinem
 etiam Atheniensium fuisse tradit.

Linguarium quid vocarit Seneca.

CAPITV.

QVERIT Seneca libro quarto De beneficiis, si
 quis cui quid tamquam digno se daturum pro-
 miserit,

Mureti
 Lectiones
 III
 28